

31759

**NONNULLA DE FORCIPE
OBSTETRICIA CAPITI POS-
TERO APPLICANDA.**

DISSERTATIO INAUGURALIS,

QUAM

**CONSENSU ET AUCTORITATE GRATIOSI
MEDICORUM ORDINIS**

IN

**UNIVERSITATE CAESAREA LITERARUM
DORPATENSI**

UT GRADUM

DOCTORIS MEDICINAE

RITE ADIPISCATUR

LOCO CONSUETO PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

THEODORUS IRMER

RIGENSIS.



5-8291

DORPATI LIVONORUM MDCCCXXXVIII.


EX OFFICINA HEREDUM LINDFORSIANORUM.

IMPRIMATUR

haec dissertatio ea conditione, ut, quumprimum typis excusa fuerit, numerus exemplorum lege praescriptus collegio inspiciendis libris constituto tradatur.

Dorpati Livonorum die XXVI. mens. Maii
anni MDCCCXXXVIII.

Dr. Fridericus Erdmann,
Ord. Med. h. t. Decanus.



432862

PIIS MANIBUS

PATRIS OPTIMI

G. M. I R M E R

FILIUS.

CAPUT I.

Annotatio historica.

§ 1.

Per multa jam decennia usus forcipis ille saluber-
rimus capite foetus praevio innotuit, multosque
forceps modificationes experta est, atque ingens
forcipum numerus in armamentarium artis obste-
triciae receptus est, priusquam forcipem in capite
foetus postero adhibere tentarunt. Primus Smel-
lius *) hoc iustrumento usus est in capite foetus
postero, quo et vitas infantium pariter atque ma-
trum conservaret, eoque perforationis usus factus

*) Cfr. Smellie's Theor. und pract. Abhandl. Th. I.
p. 392 seq. Ej. Sammlung widernatürlicher Fälle etc. Bd. III.
p. 189 seq.; p. 195 seq.; p. 200 seq. Praesertim vero ej.
Tab. anatom. Tab. XXXV. ubi invenies diligentem delineationem atque accuratam descriptionem operationis.

est rarior. Inter omnes enim abunde constat saepius accidisse, ut, in partibus normalibus pedibus foetus praeviis aut versione in pedes instituta, parturientes, capite foetus postero in mora versante, intermortuae sicut perforationi justo longius protractae. Smellius methodum suam accurate descriptam, publici juris fecit, qua in re eum sequutus est Deleuryus, qui, quum tabulae anatomicae Smellii, ipsi ignotae essent, sese autorem hujus operationis habuit, quam instituerat primum in foetu jam mortuo et deinde hoc eodem modo ejusdem mulieris foetus duos vivos expedit. Verum haud ita diu post Deleuryus errorem suum cognovit atque in opere edito *) his verbis: „ein großer Kunstsehrer hat diese Methode, den Kopf mit der Zange auszulösen, in seinen öffentlichen Vorlesungen zuerst angezeigt“ Smellii meritum et principatum proclamavit. — Jam nova ratio, forcipis obstetriciae adhibendae inter obstetricantes Germanorum et Francogallorum maximo cum studio atque ardore recepta, per Baudeloquium **) praesertim ex omni parte tractata est; Smellius enim in applicatione forcipis in capite postero, eum solummodo capitis situm designaverat,

*) *Deleurye* Abhandlung über die Geburten etc. aus dem Französischen übersetzt und mit Anmerkungen erläutert von Dr. Joh. Gottfried Flemming, Breslau 1778 § 769.

**) *J. L. Baudeloque*. L'Art. des accouchemens a Paris MDCCCXII.

quo occiput in ossa pubis, facies autem in os sacrum parturientis vergit. Itaque Baudeloquius multas applicationis methodos in situ foetus maxime diverso indicavit. Adversaria hujus operationis extitit Lachapelle*), discipula Baudeloquii, quae saepius quidem forcipem in capite postero, sed sine felici successu quotiescunque adhibuisse contenderet. Quod dictum eam facile suspicionem movet, quam Kilianus protulit, feminam illam doctissimam non rite exercitatum fuisse in forcipis operatione omnino instituenda, quum ejusmodi sententia in historia forcipis capiti postero applicatae, omni obstetricantium consensu careat.

CAPUT II.

Indicatio.

§ 2.

Ut videamus, capite postero atque cessante, quam necessario forcipis applicatio indicata sit, opus erit, ut pericula quibus et mater et foetus hoc in casu objecti sunt, diligentius perlustrentur.

*) *Lachapelle* Pratique des accouchemens etc. Paris 1821 pag. 78.

§ 3.

Satis inter omnes constat, in partibus natibus, genibus, pedibus praevis primum partus tempus, — si quidem in universum licet partum in partes duas distribuere, id est in truncum praecedentem atque caput consequens, — citius absolvi, quam in partu capite praevio; quam ob rem quisque obstetricans diligens atque providus primam periodum partuum natibus, genibus, pedibus praevis, situ ad partum idoneo instituto, id est regione sacrali elevata atque simul interdicto severissimo dolores ad partum sustentandi, protrahere studebit, ut hos partus partui maxime normali, i. e. partui capite praevio, quam fieri potest, reddat similiores. Nihilominus tamen, quamquam in primis partus periodis parvum est viribus, fit interdum, ut, doloribus ad partum truncum foetus expedientibus, vires uteri exhaustae sint, debilitas dolorum extet, dolores ad partum prorsus cessent, praesertim in mulieribus debilibus. Quale periculum e cessantibus doloribus ad partum atque e partus inde cunctatione, matri foetuique existat, facile conjicere possumus. Neque boracem, neque illas vires secalis cornuti tantopere laudatas, hoc in casu bona fide commendare possumus, quia partus tardatione magis magisque adaucta, foetus facillime apoplexia sanguinea aut pressu funiculi umbilicalis perire et mater ex virium exhaustione animam exspirare possit. Quam saluber et efficax hoc in

casu forcipis usus! quo mater et foetus conservantur dum dolores ad partum deficientes reficiuntur. Sin autem, debilitate dolorum durante, neque medicamentis internis neque auxilio instrumentalibus adhibitis, expectare velimus, ut otio vires uteri exhaustae reficiantur, facillime dolores ad partum, qui adhuc minimi supersunt, conantes caput foetus remove, indolem spasmodicam induere possent, qua introitus capitis in pelvim minorem ita vitiosus facile efficeretur, ut caput hac ex statione vel fortissimi dolores ad partum liberare non valerent. Quantum autem et quale periculum in doloribus ad partum spasmodicis extat, praematura placentae solutione, sanguinis profluvio interno inde orto atque respiratione foetali interrupta, quis est, quem fugiat? Denique si respicimus uterum a corpore foetali jam liberatum et caput foetus tantum cingentem, eamque ob causam valde contractum, neque ad tam fortes contractiones aptum, quales contra in statu ejus expansiori apparent, — si respicimus debilitatem dolorum simul praesentem, nulla dubitatione morati erimus, quin ad forcipis usum nos conferamus. His dictis minime contendendo, quodvis caput posterum forcipe expediri debere, contra libentissime concedo sub certis conditionibus, adynami auteri praesente, vires uteri recreari et ita novis doloribus ad partum exortis foetum facillime in lucem edi posse; attamen censeo, in capite foetus

postero debilitatem dolorum semper, quoniam periculum mora affert, forcipem indicare. Quamobrem illud consilium, quod jam per deceunia medicis placuit, ut in quovis partu, inferioribus corporis foetalis partibus praevis, forceps in promptu sit, per me quidem maximopere probandum erit.

§ 4.

In capite foetus postero, praesertim ratio habenda est pressus in funiculum umbilicalem, quo magnum periculum excitari potest. Neque vero illum pressum dico, quem pars funiculi umbilicalis jam evoluta ex velamentis linteis patitur; neque illius periculi mentionem facio, refrigerio funiculi umbilicalis exorti; summa enim cura funiculo umbilicali adhibita, i. e. instillatio aquae tepidae in eum velamentis linteis involutum, aegre eundem atque constantem caloris gradum efficiet, qualis in utero fuit, unde refrigerium, itaque perturbatio quaedam circulationis sanguinis in vasis umbilicalibus necesse est oriat; — sed illum tantum pressum dico, quem funiculus umbilicalis, inter caput foetus atque inter uterum caput circumcingentem vel pelvim situs, patitur. Iterum monere velim me tantum agere de capite postero *cunctante*, licet cunctationis causa maxime diversa sit; quum alioquin in partu capite postero, quae sunt Wigandii

verba *), semper caput maxima cum celeritate, si natura ipsa agitat, protrudatur; qua in re funiculus umbilicalis in nullo discrimine versatur. Sine dubio autem apparet periculum, foetus vitae imminens, consideranti quam facile his conditionibus mollis funiculus umbilicalis comprimatur, atque reputanti hunc pressum in foetu, respiratione pulmonum nondum uso, idem valere, ac si foetui nato et a matre prorsus sejuncto nares et os obstruxeris. Huc pertinent Nägelii **) verba quae omnibus medicis pariter probantur atque habentur communis regulae instar: „gelingt es nicht, die Herausbeförderung des „Kopfes in kurzer Zeit, in 8, 9, höchstens 12 Minuten zu bewerkstelligen und mit großer Schonung und „ohne Gewalt anzuwenden, so geht das Leben des „Kindes verloren.“ Hoc verum brevissimo temporis spatio ex parte praeterlapso, dum vires naturae agitantis exspectat vel inuiti conamine caput manu expedire studet medicus, ad quod, quaeso, aliud remedium vitae infantis conservandae confugere possimus, nisi ad forcipem, qua funiculus umbilicalis a pressu liberetur?

*) *Dr. Just. Heinr. Wigand.* Die Geburt des Menschen etc. herausgegeben von *Dr. Franz Carl Nägels*, Berlin 1820 2r Band pag. 433.

**) *Franz Carl Nägels* Lehrbuch der Geburtshülfe für Hebammen, Heidelberg 1830 § 402.

§ 5.

Praeterea incuneatio capitis posteriori, ut cunctationis causa, et matri et foetui periculum minatur; quae facile oriri potest, post inopportunum capitis introitum in pelvim, exempli gratia si capitis diametrus diagonalis vel recta in conjugatam vel diametrum transversam vel obliquam pelvis intrat, dolores augentur atque nituntur, ut impedimentum removeant, et hoc modo caput in ossa imprimunt. Hoc etiam casu forceps unicum remedium erit, postquam antea manu periculum necessarium, sed sine successu factum erit, quomodo id Nägelius *), Boivinia **), Kilianus ***) alii jubent, ea tamen lege, ut his periculis non plures quam decem vel quindecim sexagesimae impendantur. Per se patet, me non agere de perfecta ab omni parte incarceratione capitis in pelvis introitu aut cavo, sed de incuneatione capitis tantum in os pubis, promontorium seu os ilium unius alteriusve lateris, in quo situ caput manu paululum elevari minime autem contractionibus uteri propelli potest. Levretus dicit incuneationem eam capitis inter puncta

*) I. c. p. 217 § 403.

**) *Madame Boivin* Handbuch der Geburtshülfe übersetzt von Ferdinand Robert, Cassel und Marburg 1829 pag. 229, pag. 235.

***) *Dr. Hermann Friedrich Kilian*, Die operative Geburtshülfe, Bonn 1834 Band II. pag. 505 et 506.

duo perfectam compressionem, qua immobilitas prorsus efficiatur; Roedererus vero id adeo incuneationem nuncupat, quando caput ita firmum haeret atque omnibus parietibus pelvis tam arcte adjacet, ut ne specillum quidem ullibi perduci queat. In quibus casibus non forcipem, sed ad matris saltem vitam servandam perforationem, praesertim quod Roedereri casum attinet, indicatam esse, satis elucet. Pericula, qualia ex ejusmodi capitis incarceratione matri atque foetui oriuntur, Burnsius *) coloribus vividis depinxit, quamobrem clarissimi viri verbis utar: „der fortdauernde Druck des Kopfes auf die „Weichtheile veranlaßt eine noch bedeutendere Verminderung des Beckenumfangs; denn es entsteht eine „Entzündung und es wird die Rückkehr des Blutes „durch die Venen, so wie des Serums durch die „Lymphgefäße gehindert. Dies schwächt die Kraft „der Weichgebilde und macht die Entzündung zu einer „atonischen; es erfolgt selbst nach der Entbindung „Schorfbildung; schreckliche und widerwärtige Folgen „treten ein, wenn diese nicht gar durch den Tod der „Frau aufgehalten werden, der dann eintritt wenn „sich eine ähnliche atonische Entzündung auf den Uterus oder das Peritonäum verpflanzt. Eine solche

*) *John Burns* Handbuch der Geburtshülfe mit Inbegriff der Weiber- und Kinderkrankheiten, herausgegeben von Dr. H. F. Kilian, Bonn 1834 pag. 442 und 443.

„Anschwellung der Theile kann allerdings auch ohne
„Einkellung zu Stande kommen, allein der Kopf kann
„nicht lange eingekellt bleiben, ohne daß die genann-
„ten Folgen eintreten.“ Eadem pagina, paulo post
dicit: „es treten aber auch andere Folgen ein. Es
„kann der obere Theil der vagina oder der cervix bei
„diesem Schwächezustande einreißen, es kann ein Theil
„des uterus bei dieser kräftigen und spastischen Thä-
„tigkeit bersten; es kann Entzündung des uterus und
„peritonaeum vor der Geburt entstehen und wenige
„Stunden nach der Entbindung ein tödliches Ende
„erreichen; es kann nach der Niederkunft in Folge
„eines Kraftmangels im uterus ein Blutfluß hervor-
„treten und tödlich werden, es kann eine allgemeine
„Aufregung und Erschöpfung sich ausbilden, wo der
„Puls rasch und endlich schwach, der Mund trocken,
„die Haut heiß, die Geistessthätigkeit gestört wird und
„die Kräfte sinken, oder es können auch die Lebens-
„kräfte aufgerieben werden und es stirbt dann die
„Kranke ohne eine bestimmte Entzündung oder andere
„Krankheit, die sich in einem gewöhnlichen nosologi-
„schen System irgendwo unterbringen ließe.“ Quod
foetum attinet, haec tantum Burnsii verba adducam:
„das Kind geht zu Grunde zum Theil durch Druck
„des Gehirns oder auch unabhängig von demselben
„durch Beeinträchtigung der Thätigkeit des Herzens
„und der übrigen Circulationsorgane; es ist todt, es
„mag durch die Anstrengungen der Natur oder durch

„Kunst hervorgeholt werden.“ Quae verba v. d. atque aliorum auctorum sententiae similes profecto nos commovere debemus, ut in talibus casibus ad usum forcipis properemus, quae cum humanitate atque diligentia si adhibebitur, certe non iis doloribus atque periculis stipata erit, quae fautores virium naturae temere autumant, Itaque tempore arripiatur forceps, ut cunctationis perniciose pericula, de quibus ante diximus, evitentur. Equidem satius duco, ut forceps adhibeatur, etiamsi fortasse natura ipsa suffecerit, quam nimia confidentia viribus naturae habita allataque cunctatione, matrem foetumque trucidare. Attamen necesse est, obstetricans forcipe naviter uti sciat, alioquin „manum de tabula.“

§ 6.

Apoplexia denique sanguinea, novum periculum, vitae foetus capite postero prodientis imminet. Jam si in partibus normalibus parte corporis inferiore praevia, i. e. in partus successione non cunctante asphyxia ejusmodi non rara invenitur, ita ut tantum sanguinis detractio accelerata e vasis umbilicalibus foetus vita servari possit, quanto frequentius id fiet in partibus, ubi caput per longius tempus in pelvi retinetur atque diuturno impetu aëris frigidi in truncum jam expeditum, sanguis e vasis periphericis in caput, quod etiamtum pelvi immo-

ratur, propellitur. Ritgenius *) hoc periculum non timet. Quo diutius cunctatio in tali casu durat, eo majus est periculum, ut foetus apoplexia pereat, dum auxilio instrumentali tempestive adhibito, conservari sine dubio potuerit. Quo tandem modo tutius faciliusque expediretur caput, quam forcipe?

§ 7.

Periculis jam monitis, quae cunctatione capitis posteriori matri aut foetui oriri possint, facile erit indicationem forcipis applicandae proponere. Forceps indicatur capite postero atque cessante, licet causae cessationis diversae sint, et ubi caput omnino non procedit, quamvis auxilio manuali necessario adhibito; qua in re omnes obstetricantes consentiunt, quorum Boiviniam **), Hussianum ***),

*) *Ferdinand August Ritgen*. Die Anzeigen der mechanischen Hülfen bei Entbindungen, Gießen 1821 pag. 372 11) zögert die Ausschließung des Kopfes nach geborenem Rumpf, ist die Mutter wohl, so ist, so lange die Nabelschnur noch schlägt, wegen des Kindes alle Hülfe überflüssig. —

**) l. c. pag. 319 2) Sobald der Kopf nach dem natürlichen oder künstlichen Austritt des Rumpfes durch irgend ein Hinderniß, welches die Hand nicht bezwingen oder wegräumen kann, im Becken zurückgehalten wird, ist die Anlegung der Zange angezeigt.

***) *Raphael Ferdinand Hussian* Darstellung geburts-hülftlicher Operationen und ihrer Anzeigen, Wien 1828 pag. 149 2) Wenn nach einer Steiß-, Knie- oder Fußgeburt, oder bei der künstlichen Extraction des Kindes am Steiß oder den Füßen, die Ausscheidung des Kopfes nicht mit der nöthigen Schnelligkeit folgt und dem Leben des Kindes Gefahr droht.

Osiandrum *), Killianum **) attulisse sufficiat. Unam cunctationis causam excipio, incuneationem illam, quam Levretus atque Roedererus annuunt, quia, uti supra dictum est, hoc in casu perforatio capitis sine dubio magis quadrat. Monemus praeterea, opus esse, ut situs capitis opportunus sit, ad quem efficiendum manu uti licet, atque caput locum pelvis satis profundum teneat; Killianus imo probat commendatque forcipis usum ubi caput foetus vivi altiorem locum habet, modo situs capitis idoneus sit.

CAPUT III.

Praeparationes operationis.

§ 8.

Praeparationes eadem, quales in quacunque operatione forcipe peracta, sunt. Ipsi operationi

*) Dr. Friedrich Benjamin Osiander Grundriß der Entbindungskunst, Göttingen 1802 Band 2 § 53. Wenn ein dreißt höchstens viermaliger kräftiger Versuch des Ziehens an den Beckenbeinen nicht im Stande ist, das Gesicht tiefer ins Becken herabzubringen, als mit der Nase gegen den Anfang der Incisura ischiatica, so muß von dem ferneren Ziehen mit der Hand abgelaßen, und der Kopf mit der Zange zur Welt gebracht werden.

**) l. c. Bd. II. pag. 674. Wir billigen diese Operationsmethode in einem jeden Fall ohne Ausnahme wo der tief und gut stehende Kopf nicht in kürzester Zeit durch die Kräfte der Natur und durch zweckmäßig geleitete Handgriffe, aus dem Becken geschafft werden kann.

exploratio accuratior antecedit necesse est, ut certiores fiamus de situ et magnitudine capitis et pelvis, atque de modo, in quem caput possit comprimi. Communicanda est cum parturiente operationis necessitas; tradendum eidem unumquodque forcipis cochlear, ut illud contempletur; paucisque verbis demonstretur modus agendi cum forcipe atque vis instrumenti. Cogitationes enim valde perversae in vulgo de forcipe versantur. Mulier aliquando mihi dixit: sese lubentius morituram, quam forcipis applicationem in partu admittere; censere enim dolores contortis atque compressis magnopere partibus mollibus atque extensa symphysis ossium provocatos, intolerabiles esse. Putabat scilicet forcipe id effici, ut pelvis justo angustior dilatetur. — Evacuationi alvi atque vesicae urinariae jam ante initium partus providendum est, quum paulo ante operationem id serius esset. — Res maximi momenti in praeparatione est brachiorum expeditio, neque prius forceps admoveatur. Quomodo haec expeditio instituenda sit, auctores jam allati docent. Regulae exceptio permittitur tantum, ubi constrictio spasmodica oris uterini manifesta est; tunc brachium alterum maneat sursum erectum, ut colli incarcerationis prohibeatur. Altera regulae exceptio fit, ubi alterius brachii foetalis solutio nimis impeditis laborat, e. c. quando brachium super occiput multum in cervicem vergat. Tunc alterum

forcipis cochlear super brachium applicatur. — Mulier in lecto situm transversalem teneat; alia enim statione capta, tum instrumentum interdum non satis bene dirigi potest, ubi exempli gratia magna manubriorum demissio necessaria est; tum positio obstetricantis, in qua maximum momentum versatur, incommodior erit. Saepe enim maxima virium contentio postulatur a medico, qui multo citius defatigaretur, si mulier solitam stationem haberet. Neque tamen omnino evolutio capitis posteriori ope forcipis facta, in lecto vulgari abjicienda est. Aptissima erit atque operatio facile et celeriter fiet, quando caput locum profundum in pelvi tenet quandoque dolores ad partum deficientes, non vero nimium discrimen inter pelvim et caput foetus cunctationem partus afferunt. Obstetricans aut sedet aut genibus nititur inter parturientis femora. Adesse debent quinque assistentes; primus capiti mulieris adstat, eam verbis consolatur atque analeptica porrigit, alter atque tertius versantur juxta femora, genua stabilientes, quartus instrumenta porrigit, quintus, cujus insignis esse debet dexteritas et prudentia, corpus foetus post expeditionem brachiorum velamentis linteis involutum sustendat atque dirigit, prout forcipis applicatio aut supra aut infra foetus corpus, prout introductio cochlearium forcipis aut dextri aut sinistri, postulatur. Quinti hujus assistentis positio atque variae

directiones corporis foetalis ab eo instituendae in descriptione methodorum accuratius indicabuntur. Id tamen communis praecepti loco habendum est, ut corpus foetus in eandem partem dirigatur, in quam cochlear forcipis introducitur, non vero, quae est Kiliani sententia, in partem contrariam. Nam, corpore in alteram partem verso, ubi locus erit manui obstetricantis et manubrio forcipis? Maximi enim momenti est, ut in parte contraria locus satis amplus supersit, quo forceps possit facile introduci, quum in ea parte, qua cochlear est introducendum, tantum loci postuletur, quantum ad introducendam manum et cochlear sufficiat.

CAPUT IV.

Sententiae nonnullorum auctorum de forcipe obstetricia capiti postero applicanda.

§ 9.

Quamquam ingens numerus librorum de arte obstetricia extat, tamen pauci tantum medici exquisitus hanc rem pertractarunt atque diligentia apud multos desideratur. Burnsius, Boërius, Merrimannus, Wigandus, Conquestius, Ritgenius alii nullam me-

thodum, forcipis capiti postero applicandae, indicant, sed admonent tantum in partibus pedibus praevis cunctantibusque eam adhibendam esse. Alii autem, Carus, Sieboldii, Joergius, Froriepius in universum dicunt de hac operatione, aut unum tantum modum agendi et, uti censent, omnibus casibus aptum, indicantes, aut descriptionem methodi offerentes, quae minime sufficiat. Sic Carus *) postulat, ut forceps semper infra corpus foetus applicetur. A. E. Sieboldius **) monet: corpus foetus simul cum brachiis velamentis tepidis involutum, ab assistente sursum teneatur et in eam partem, ubi forcipis cochlear non introducitur, atque forceps in diametro transversa applicetur. E. C. J. Sieboldius ***) dicit: forcipem semper applicandam infra corpus foetus, parumque referre, utrum occiput an facies in symphysin ossium pubis spectet. Et Froriepius †) in universum contendit: trunco sursum verso atque facie in ossa pubis spec-

*) *Carl Gustav Carus* Lehrbuch der Gynäkologie 2r Theil Leipzig 1828 pag. 334 § 1236.

**) *Ad. Elias von Siebold* Lehrbuch der practischen Entbindungskunde u. Nürnberg 1821 pag. 352 § 494.

***) *Eduard Casp. Jac. von Siebold* Abbildungen aus dem Gebiete der theoretisch-practischen Geburtshülfe nebst beschreibender Erklärung derselben. Berlin 1834 pag. 170 et 171.

†) *Ludw. Friedr. Froriep* Theoretisch - practisches Handbuch der Geburtshülfe Weimar 1822 pag. 452 § 481.

tante, forcipem semper supra corpus foetus applicandam esse, quoniam, si contra fit, forcipis cochlearia pelvis curvationi conformia, caput non bene arripere neque tenere possunt. Vero argumentum ab hoc v. d. prolatum mihi parum firmum videtur. Joergius *) suadet forcipem infra foetus corpus applicare, quod ex his verbis: „mit den zwei übrigen „Fingern, dem Daumen und Spitzfinger dieser Hand „bildet der Geburtshelfer eine Gabel, durch welche „der dem Gehülfen wieder abgenommene und auf „die Griffe der Zange gelegte Kumpf des Kindes „während der Operation reitend erhalten wird,“ satis elucet. — Quae sententiae vv. dd. parum accurate prolatae, ex parte sibi adversantur. Itaque juvat in eodem argumento Baudelocquium Boiviniam Kiliauum majore cum cura et diligentia elaborasse, quorum placita, secundum varias foetuum positiones, componam.

Sectio I. De usu forcipis in capite postero, facie quidem in cavum ossis sacri, occipite autem in os pubis vergente.

§ 10.

Baudelocquius **) in hac re talia praecipit. Expeditis brachiis foetus eodemque linteo involutis,

*) Dr. Johann Christian Gottfried Jörg Handbuch der Geburtshülfe Leipzig 1833 pag. 503 § 485.

**) l. c. pag. 202 et 203 § 1873 — 1876.

quo truncus indutus est, truncus ad matris abdomen. versus erigatur atque ab administro sustineatur in eodem situ. Deinde brachia instrumenti prope latus pelvis introducantur, eadem cum diligentia eodemque modo, atque in primo situ verticis*), ratione tamen habita altitudinis, qua basis cranii retineatur, ut brachium forcipis plus minusve introducere, ejusque partem externam demittere possis. Simulatque forcipis brachia firmiter juncta sunt, capitis extractionem aggrediaris ita, ut illud pro loco pelvis, quo continetur, proque angustia quas penetrare debet, diverso quidem itinere, procedat. Si caput in exitu pelvis retinetur, manu dextra pars externa forcipis paululum sublata, prout facies in parte inferiori genitalium, eo usque protrahatur, ut frons extrinsecus appareat; simul autem, rupturae cavendae causa, perinaeum manu altera sustinendum est. Sin autem caput super pelvi adhuc versatur, forcipem paulo altius introducas, quam modo diximus ac manubrium multo magis deprimatur. Jam manu dextra manubrium, laeva mediam instrumenti partem arripias, atque caput a loco priori remotum ita constituas, ut in diametro transversa introitus pelvis locum teneat, occipite imprimis in latus laevum pelvis verso. Quod si minus prospere evenerit, caput, antequam verta-

*) l. Baudeloquii c. pag. 144 et seq.

tür, paululum movendum atque nonnullas lineas retrudendum erit, manubrio forcipis alternis vicibus unä alterive matris femori admoto. Dum caput situ transverso constituitur, manubrium instrumenti sensim sensimque demittendum atque laevo parturientis femori acclinandum est. Eadem via forceps trahenda est ut caput in cavum pelvis mittatur; quo si pervenerit, revertas caput, ut occiput post symphysin ossium pubis reducatur. Quo facto caput penitus extrahendum erit eo modo, quem descripsimus, i. e. sublato sensim manubrio forcipis atque paululum attracto. Administer, qui foetum sustinet, ita agat, ut corpus foetale omnes capitis motus sequatur. Nam eodem tempore, quo obstetricans occiput in laevum latus pelvis vertit, dorsum foetus laevo ossi pubis appropinquandum rursusque removendum est in priorem locum, eodem momento, quo ille occiput post symphysin pubis reduxerit.

§ 11.

Baudelouquius impedimenta, ex alto capitis situ orta, quae capiti expediendo obstant, majora ratus esse videtur, quam revera sunt. Si, capite pelvi supereminente, jam forceps adhibetur, situs capitis opportunus sit necesse est, neque multum mutandus. Itaque, si forcipe immissa manubria in altum demiseris atque tractiones recta deorsum feceris,

donec caput penitus jam in cavum pelvis detractum, ad exitum pelvis appropinquet, denique manubriis paulatim sublatis, tractiones horizontales dein sursum duxeris: caput, mea quidem sententia, facile expedies, nisi forte inter pelvim et caput foetus nimium discrimen intercedat. In intervallis singularum tractionum caput ultro ita sese vertet, uti maxime convenit; quod naturae munus, rotationibus etiam in unum alterumve latus directis, adjuvari potest. Quod autem Baudeloquius suadet, caput transversum constituere, si quid obstat quominus in pelvim intret, occipite imprimis in laevum latus pelvis verso; ubi vero primum caput in cavo pelvis fuerit per quartam partem circuitus capitis reducere atque ita occiput sub arcum pubis demittere, — id mihi, si quidem effici potest, certe videtur parum idoneum esse. Effici enim illud sic tantum poterit, si caput forcipe tam arcte cingatur, ut veluti unum corpus efficerent, qua re ossa cranii haud dubie frangerentur. Sin autem caput minus arcte tenetur, forceps circum caput sese verteret, neque tamen caput sequeretur forcipem. Parum idonea autem haec methodus ob eam causam videtur. quod, capite tanta cum violentia verso, non potest fieri, quin vesica urethra et vagina valde laedantur. Sic enim alterum forcipis brachium in medio symphysis constituitur, quod, mea quidem sententia, nequaquam erit concedendum, cum ob

periculum modo dictum, tum quod in hac positione curvatio brachiorum forcipis pelvis curvationi plane repugnet. Quam igitur ad finem versio ista capitis violenta? Nonne caput, in diametrum obliquam constitutum, pari facilitate in pelvim protraheretur, qua re tamen non nisi per octavam circuitus capitis partem vertitur, atque evitatur violenta illa per quartam partem circuitus versio, quae prorsum et retrorsum facta, pressum haud exiguum efficeret? Licet fieri possit, ut caput non alio ullo modo, nisi quem Baudeloquius retulit, i. e. in diametro transversa introitus pelvis, introduci queat, quod fortasse in pelvi rhachitica accidet: haec tamen ratio minime omnibus casibus apta erit.

§ 12.

De eadem re Boivinae *) hanc esse videmus sententiam: „Ist der Kopf zu Folge einer von beiden vorhergehenden Anlegungen **) in den Perinäleingang gebracht worden, indem er mit der Basis der untern Kinnlade, das Kinn auf dem Steißbein und das Hinterhaupt hinter den Schambeinen ruhend, vorliegt, so zieht man mit der rechten Hand

*) l. c. pag. 341 et 342.

**) Hoc in loco Boivina nil de forcipis applicatione sed tantum de capitis, forcipe jam apprehensi, extractione loquitur; ambas, quas hic memorat, methodos forcipis applicandae descriptas invenies in § 23.

„allein an dem Stiele der Zange, indem man ihn,
 „so viel es das Vorhandensein des Kumpfes der sich
 „oben befindet, zuläßt, in die Höhe hebt und unter-
 „stützt mit der andern Hand das Perinäum, wäh-
 „rend das Kinn, der Mund, die Nase, die Augen, die
 „Stirn und der Scheitel nach einander von der un-
 „tern Commissur der Scham zum Vorscheine kommen.
 „Würde der Kopf im Abdominaleingange zufolge der
 „Ausreibung des Kindes in der ersten, zweiten und
 „dritten Fußstellung oder zufolge seiner Herausziehung
 „bei denselben Extremitäten zurückgehalten, so muß
 „man, wie auch übrigens seine ursprüngliche Lage
 „gewesen sein mag, die Zange anlegen, wie es (Z. 105)
 „abgebildet ist, das Zapfenblatt in die linke Becken-
 „seite und das Zapfenlochsblatt in die rechte derge-
 „stalt einführen, daß die Ausschweifung des Seiten-
 „randes der Löffel gegen den Vorderhals sieht, und
 „mit den Ohren, den Seitenrändern des Hinterhau-
 „tes und dem Gewölbe des Schambogens zusammen-
 „trifft!“ — Hanc Boiviniac methodum nihil fere
 est, cur inprobem. Id tantum vituperandum vide-
 tur, descriptionem forcipis applicandae capiti, in
 introitu abdominali pelvis haerenti, parum accurate
 factam esse. Centesimam quintam tabulam operis
 inspicere hortatur, quae tamen caput jam in cavo
 pelvis, non in introitu ostendit. Excusari fortasse
 poterit ea socordia, si reputamus, ex ipsa directione
 brachiorum forcipis, atque e situ cochlearium, i. e.

sinu marginali cochlearium in anterius colli latus vergente et adjacente auribus foetus, marginibus lateralibus occipitis et symphysis pubis, — elucere, quomodo brachia forcipis introducta, quibus partibus capitis et pelvis ab initio admota et quorsum directa fuerint.

§ 13.

Kiliano *) placet: „Der Assistent erhebt den kunstgerecht gefaßten Kindeskörper stark gegen die Brust der Kreißenden und drängt ihn gegen die Seite hin, in welche der erste Zangenlöffel nicht eingeführt werden soll, also nach rechts, wenn man, was auch hier gewöhnlich erwünscht ist, den linken Zangenarm zuerst einzuführen gedenkt. Möglichst tief werden hier die leitenden Finger, deren man gern vier wählt, besonders wenn der Kopf einigermaßen hoch liegt, eingebracht, und darauf wird stark gesenkt der Zangenlöffel eingeführt und unter Beachtung der allgemein gültigen Regeln an den Kopf angeschmiegt. Steht der Kopf sehr hoch, so bedient man sich der löblichen Vorsicht, die Zangenlöffel so weit wie möglich gegen die Vorderwand des Beckens anzulegen und sehr stark die Griffe zu senken. Sobald der eine Löffel in der

*) l. c. Band I. pag. 675 und 676.

einen Beckenseite anliegt, bewegt der Assistent den Kindeskörper gegen die entgegengesetzte Seite u. s. w. Die Entwicklung des Kopfes übernimmt fast immer die rechte Hand allein, während die linke das Geschäft der Dammunterstützung versteht. Der Assistent hält dabei den Kindeskörper möglichst hoch, nimmt eine jede Rotation, welche derselbe allenfalls geneigt sein sollte zu machen, in Obacht, und hindert dieselbe nicht nur nicht, sondern begünstigt sie durch Nachgiebigkeit. Die Kreisende wird zu kräftiger Mitarbeit aufgemuntert. Am meisten nügen hier das einfache Anziehen mit der Zange oder die Baudeloqueschen pendelförmigen Züge. Je nach dem Stande des Kopfes wird die Richtung des Zuges auch eine verschiedene sein, sobald aber der Kopf zum Ein- oder Durchschneiden kommt, hebt man die Zangengriffe vollkommen senkrecht empor, dreht mit dem Instrumente den Kopf stark diagonal und entwickelt ihn so langsam als möglich, wobei der Assistent durch zweckdienliches Halten des Kindeskörpers und zeitgemäßes Erfassen des Halses in die Gabel der Hand eine erwünschte und unerläßliche Hülfe zu leisten hat.

